



Staats- und
Universitätsbibliothek
Bremen



Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

**DFG-Projekt "Digitalisierung und Erschließung des Nachlasses des
Ägyptologen Adolf Erman (1854-1937)"**

Lebenslauf

Erman, Adolf

Ohne Ort, o.D.

Nachweis dieses Dokuments im [Kalliope-Verbund](#)

[urn:nbn:de:gbv:46:1-17832](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:46:1-17832)

Vita.

Natus sum Johanne Petrus Adolphus Erman Berolini pridie Kal. Novembr. a. h. s. L. IV., patre Adolpho huiusce universitatis professore extraordinario qui ante hos tres annos diem obiit, matre Maria, Friderici Bessel Regiomontani astronomi filia.

Fidem profiteor evangelicam.

A decimo usque ad vicesimum aetatis annum gymnasium regium Franco-gallicum frequentavi. Anno L. XXIV. maturitatis testimonium adeptus Lipsiam me contuli, ubi per his sex menses Georgi Ebers clarissimi viri auspiciis aegyptiacarum litterarum studio, cui a tenera aetate addictus fueram, totus incubui. At paulatim illius studii magis magisque me haerebat, cum plerosque aegyptologos inconstanter vagari potius quam certa via progredi intelligere mihi viderer. Itaque Berolinum regressus linguis arabicae hebraicae syriacae nec non copticae summam operam navavi idque imprimis egi, ut philologorum via ac ratione uti discerem.

Berolini me instituerunt viri illustrissimi Dillmann, Lepsius, Praetorius, Sachau, Schrader a quibus et consilio et auxilio nunquam non adiutus sum.

Mox ad aegyptiaca studia denuo regressus, dissertatione inaugurali "De forma pluralis in lingua aegyptiaca" conscripta, ante d. VII. Kal. Febr. anni h. s. L. XXVIII. summos in philosophia honores rite capessi.

Eodem fere tempore auctore Julio Friedländer, nummophylacii regii rectore doctissimo et erga me benevolentissimo, musei regii assistentium numero adscriptus sum provinciaeque nummorum orientalium custodiendum mihi data est. Quod officium, quamvis peculiaribus studiis officiat, tamen multum abest ut non mihi delatum cupiam: necessitate enim imposita in mediis pulcherrimarum artium reliquiis quotidie commorandi vel invitus animus a nimio barbararum litterarum studio ad laetiores honestioresque vitae cultum revocatur.

Hos libros composui:

anno L. XXV: Über eine dem Dualis eigenthümliche Form des Suffixes *ff*.

anno L. XXVI: Noch einmal das Suffixum *fi*.

Über den Werth der in den altaegyptischen Texten vorkommenden semitischen Fremdwörter.

anno L. XXVII: Varia.

26* 1878

4. 1. 83

Amenophis Sohn des Paapis.
De forma pluralis in lingua aegyptiaca.

anno LXXVIII.: Die Pluralbildung des Aegyptischen. Leipzig (Engelmann) 1878. 48
Recension von Abel's koptischen Studien".
Die Münzen der Seldschuken von Kerman.

anno LXXIX.: Tagebuch eines Grenzbeamten.
Beiträge zur Kenntniss des aegyptischen Gerichtsverfahrens.
Altaegypten im: Wissensch. Jahresbericht über die Morgenländischen Studien, 1877.
Marius und Victorinus.
Der Fund von Cattenes.
Der Fund von Carnitz.
Kurze Übersicht der Münzgeschichte Palaestinas.

anno LXXX.: Neuägyptische Grammatik. Leipzig (Engelmann) 1878. 83

Bruchstücke der oberäeg. Übersetzung des A. T.
Hieratische Ostraka.
Wissensch. Jahresber. 1878.
Katalog der Münzsammlung der Deutschen Morgenl. Ges.
alia quae adhuc typis exscribuntur.

